12. **consensus ... concentusque**: cp. de Div. ii. 14. 34 'qua ex coniunctione naturae et quasi concentu atque consensu, quam *συμπάθειαν* Graeci appellant, convenire potest,' etc. Of course it would be a mistake to argue for the soft pronunciation of the *c* from this play upon words, any more than from *Sosia* and *socius* in Plaut. Amph. 384.

13. **suspicere,** 'raise our eyes to:' Lael. 9. 32 'nihil enim altum, nihil magnificum ac divinum suspicere possunt qui,' etc.

14. **profitemur,** i. 103.

16. **hesterno die,** e. g. i. 55 ff. The MSS. (*M* being here deficient, except Lag. 32, the reading of which is doubtful) all with one exception give *hesterna*, which Ell. retains. But in § 85 all seem to give 'hesterni et hodierni diei,' and in ii. 83 all (including *M*) have 'hesterno die.' The masc. is far more usual (cp. Roby, § 337), and the MS. evidence is not strong enough to justify us here in departing from Cicero's usage. In Sall. Jug. 68. 2 *P* has 'postera die,' but Jordan does not accept this, though Kritz prints it. There is some variation in the MSS. in Cic. Cat. ii. 6 and 12. Cp. Neue, i. 686.

aliquot locis, ii. 34. 67 etc. The stress

sermone significavit Antonius, eloquentia, quascumque in oras
23 disputationis regionesve delata est; nam sive de caeli natura
loquitur sive de terrae, sive de divina vi sive de humana, sive ex
inferiore loco sive ex aequo sive ex superiore, sive ut impellat
homines sive ut doceat sive ut deterreat sive ut concitet sive ut
reflectat sive ut incendat sive ut leniat, sive ad paucos sive ad
multos sive inter alienos sive cum suis sive secum, rivis est
diducta oratio, non fontibus, et, quocumque ingreditur, eodem
24 est instructu ornatuque comitata. Sed quoniam oppressi iam
sumus opinionibus non modo volgi, verum etiam hominum leviter
eruditorum, qui, quae complecti tota nequeunt, haec facilius
divolsa et quasi discerpta contrectant, et qui tamquam ab animo
corpus, sic a sententiis verba seiungunt, quorum sine interitu
fieri neutrum potest, non suscipiam oratione mea plus quam mihi
imponitur; tantum significabo brevi neque verborum ornatum
inveniri posse non partis expressisque sententiis, neque esse
25 ullam sententiam inlustrem sine luce verborum. Sed priusquam
illa conor attingere, quibus orationem ornari atque inluminari
putem, proponam breviter quid sentiam de universo genere di-

16. *partis* e coniect. Lambin. *partitis* ω.

is laid there on the all-embracing character of oratory. Bake needlessly rejects these words as added, 'a male sedulo annotatore' and unsuitable to a spoken discourse.

3. **ex inferiore loco**, etc., i. e. before the judges on the bench, in the senate, or from the rostra. Cp. Mommsen, Röm. St. iii. p. xiii, note. 'Ex aequo loco' is however often used simply as contrasted with 'ex superiore loco;' hence the metaphorical sense of 'de plano,' or 'e plano,' which are equivalent to 'ex aequo loco:' cp. Munro on Lucr. i. 411, with his references, and Tyrrell on ad Fam. iii. 8 (Ep. ccxxii. vol. iii. p. 90) 'multos et ex superiore loco et ex aequo sermones' = 'speeches both on and off the bench.'

7. **sive secum**, bracketed by some of the earlier editors, who did not see how a man could be eloquent in addressing himself. But Cicero is not limiting himself to forensic oratory, and he here refers to dramatic soliloquies.

rivis est diducta, i. e. the language flows in different channels, but in all cases it springs from the same sources; there is a certain zeugma in connecting 'diducta' with 'fontibus.' For *rivi* cp. Munro Journ. Phil. ix. 213; Reid on Acad. i. 8.

9. **instructu** (a rare verbal noun), 'supply' of thoughts: **ornatu** 'outfit' of words. Cp. i. 234. Reid neatly conjectures *compta*, comparing i. 284 (note).

12. **contrectant**, 'deal with,' suggesting a slight or careless handling.

16. **partis**: so most editors read since Lambinus for *partitis* of the MSS. The ideas have first to be found (cp. ii. 116), then put into a clear form, then embellished in diction. But it is going too far to say that *partitis* 'gives no sense.' It would be possible, though not so natural, to take it of the arrangement of the sequence of ideas, which might precede the more precise shaping of them. For *partitus* as passive cp. § 119 below: it is similarly used by Caesar. The metaphor in **expressis** is derived from modelling. Cp. Sandys on Orat. 3. 8: and ii. 98.

17. **priusquam conor**, Roby, § 1462.

§§ 25–37. *The different senses receive different impressions, but all may be pleasant in their way: different artists have different excellences: so there may be different styles of oratory, all admirable of their kind.*

cendi. Natura nulla est, ut mihi videtur, quae non habeat in suo genere res compluris dissimilis inter se, quae tamen consimili laude dignentur; nam et auribus multa percipimus, quae etsi nos vocibus delectant, tamen ita sunt varia saepe, ut id, quod proximum audias, iucundissimum esse videatur; et oculis conliguntur paene innumerabiles voluptates, quae nos ita capiunt, ut unum sensum *in* dissimili genere delectent; et reliquos sensus voluptates oblectant dispares, ut sit difficile iudicium excellentis maxime suavitatis. Atque hoc idem, quod est in naturis rerum, 26 transferri potest etiam ad artis; una fingendi est ars, in qua praestantes fuerunt Myro, Polyclitus, Lysippus, qui omnes inter se dissimiles fuerunt, sed ita tamen, ut neminem sui velis esse dissimilem; una est ars ratioque picturae, dissimillimique tamen inter se Zeuxis, Aglaophon, Apelles, neque eorum quis-

4. *omnia* addidit S. *numeris ac* K: codices secuti sunt Ell. P. 9. *Atque hoc* KS: *at hoc* ω P.

1. **Natura nulla,** 'nothing in nature' we should say.

3. **dignentur**: Nonius, p. 281M, quotes this passage, with Orat. 19, 64 (where however our MSS. have *signata*), Verg. Aen. iii. 465, and two passages from Accius, for the rare use of *dignor* as a passive. Cicero has *dignanda* in Acad. i. 10. 36, and *dignati sunt* (passive) in de Inv. ii. 39. 114, but nowhere the deponent form common in poetry, e. g. Catull. lxiv. 407, Lucr. v. 52 (Munro), and later prose, perhaps first in Curtius.

4. **vocibus**: Sorof needlessly prefixes *omnia*: Kayser *numeris ac*. It is not necessary that the antithesis should be brought out prominently, the context making it sufficiently clear, although the sentence is somewhat carelessly constructed. *vocibus*, 'notes:' cp. i. 42. 117 'numeri et voces et modi,' and below, § 185 'in omnibus sonis et vocibus.'

5. **proximum,** 'last.'

conliguntur. Sorof notices that this word acts as a passive to *frui*. We have *vitia, famam, invidiam, bonum rumorem*, etc. *colligere* in Cicero.

7. **in dissimili genere**: Sorof is probably right in inserting *in*: cp. § 8, § 26, i. 13. 58, etc. 'in a different manner' or 'respect.'

9. **Atque**: *at* is not tolerable here.

10. **fingendi ars,** 'sculpture:' *sculptura* is late, and has not quite the same sense: but Cicero uses *sculpo, sculptus, exsculpo*, etc.

12. **dissimiles: Myro,** though a contemporary of Polyclitus (flor. B.C. 432), represented a more archaic school; cp. Brut. 18. 70, 'quis enim . . . non intellegit Canachi signa rigidiora esse, quam ut imitentur veritatem? Calamidis dura illa quidem, sed tamen molliora quam Canachi; nondum Myronis satis ad veritatem adducta, iam tamen quae non dubites pulchra dicere: pulchriora etiam Polycliti et iam plane perfecta, ut mihi quidem videri solent.' For **Polyclitus** cp. ii. 16, 70. **Lysippus,** according to Pliny xxxiv. 19 6. 65, 'statuariae arti plurimum traditur contulisse capillum exprimendo, capita minora faciendo quam antiqui, corpora graciliora siccioraque, per quae proceritas signorum maior videretur vulgoque dicebat ab illis factos quales essent homines, a se quales viderentur esse.' He was a contemporary of Alexander the Great.

Myron worked only in bronze, and was a naturalistic sculptor: hence his statues of the gods and of women had little reputation, and his fame rested mainly on a figure of a cow, and a Discobolus, of which a copy still exists (cp. Overbeck, Griech. Plast. i. 190). Polyclitus excelled in figures of ideal human beauty: Lysippus in the union of life and grace, and therefore in portraiture. Phidias, whom Cicero rated above all sculptors (ii. 17. 73), is probably omitted here, as in the Brutus, for the same reason as Cicero himself in Quintilian's survey of Roman orators (xii. 10. 10) as being *in omnibus quae in quoque laudantur eminentissimus.*

Zeuxis of Heraclea (flor. B.C. 400) was

quam est, cui quicquam in arte sua deesse videatur. Et si hoc in his quasi mutis artibus est mirandum et tamen verum, quanto admirabilius in oratione atque in lingua? Quae cum in eisdem sententiis verbisque versetur, summas habet dissimilitudines; non sic, ut alii vituperandi sint, sed ut ei, quos constet esse
27 laudandos, in dispari tamen genere laudentur. Atque id primum in poëtis cerni licet, quibus est proxima cognatio cum oratoribus: quam sunt inter sese Ennius, Pacuvius Acciusque dissimiles; quam apud Graecos Aeschylus, Sophocles, Euripides, quamquam omnibus par paene laus in dissimili scribendi genere tribuitur!
28 Aspicite nunc eos homines atque intuemini, quorum de facultate quaerimus [quid intersit inter oratorum studia atque naturas]: suavitatem Isocrates, subtilitatem Lysias, acumen Hyperides,

8. *Accius*, 'sic libri, ut solent, qui, quod sciam, ubique fere *tt* ignorant.' Ell. *quam sunt . . . tribuitur* KS, Bakium secuti: *quam sint . . . tribuantur* ω P. 12. [*quid intersit . . . naturas*] incl. KS, Bakium secuti.

distinguished for the fidelity of his representations: Pliny (xxxv. 10. 65) tells how he painted grapes with such skill that birds came to peck at them. **Aglaophon** the elder was the father of Polygnotus, and is named with him by Quintilian (xii. 10. 3) as simple in his colouring but not of interest for his antiquity alone. Ellendt thinks that his grandson the younger Aglaophon is here intended, Sorof and Piderit suppose Cicero to have meant the elder. We know but little of either; but as the elder lived when the art of painting was still very imperfect (about B. C. 500), he can hardly have deserved the language here used of him. **Apelles**, a contemporary of Alexander the Great, who would allow no one else to paint him; 'et omnes prius genitos futurosque postea superavit' (Plin. xxxv. 1. 10. 36, 79), who adds 'picturae plura solus prope quam ceteri omnes contulit.' He excelled especially in grace (χάρις): his most famous paintings were the Aphrodite Anadyomene, and the (unfinished) Aphrodite of Cos (Cic. de Off. iii. 2. 10).

3. **admirabilius**, 'astonishing.'

7. **proxima cognatio**: cp. i. 16, 70.

8. **Ennius** may be said to have been distinguished especially for elevation of tone (Quint. xi. 1. 88 'Ennium sicut sacros vetustate lucos adoremus, in quibus grandia et antiqua robora iam non tantam habent speciem quantam religionem:' Sellar, Roman Poets², p. 105 ff.); **Pacuvius** for his learning and finish: (Orat. 11. 36 'omnes apud hunc ornati elaboratique sunt versus:' Sellar, p. 135); **Accius** for his lofty and vigorous style (Hor. Ep. ii. 1. 56 'aufert Pacuvius docti famam senis, Accius alti:' Sellar, p. 146). The spelling *Attius* has nowhere any good MS. support in Cicero (cp. L. Müller, Lucilius, p. 320), and even Teuffel, who adopted it, admits that it gained the ascendancy only in imperial times. In Quint. v. 15. 43 A has *Accium*, though Halm prints *Attium*: Cp. note in Hor. l.c. and Teuffel-Schwabe, § 134, 1.

10. **par paene laus**: the comparative merits of Aeschylus, Sophocles, and Euripides have been made the theme for never-ending discussion ever since the production of the plays of Aristophanes, the place to be assigned to Euripides being that on which opinions are most sharply divided.

12. [**quid . . naturas**], evidently only a marginal note, which has wrongly crept into the text. Ellendt would reject **quorum de facultate quaerimus**: but the *studia* of the orators are not brought into comparison.

13. **Isocrates**, Introd. p. 30; **Lysias**, p. 35 and 44: **Hyperides**: cp. Quint. x. 1. 77 'dulcis in primis et acutus Hyperides:' **Aeschines** ib. 'Plenior Aeschines et magis fusus et grandiori similis, quo minus strictus est, carnis tamen plus habet, minus lacertorum.' **Demosthenes** ib. 76 'longe princeps Demosthenes ac paene lex orandi

sonitum Aeschines, vim Demosthenes habuit. Quis eorum non egregius? tamen quis cuiusquam nisi sui similis? Gravitatem Africanus, lenitatem Laelius, asperitatem Galba, profluens quiddam habuit Carbo et canorum. Quis horum non princeps temporibus illis fuit? et suo tamen quisque in genere princeps. Sed quid ego vetera conquiram, cum mihi liceat uti praesentibus **8** exemplis atque vivis? Quid iucundius auribus nostris umquam **29** accidit huius oratione Catuli? quae est pura sic, ut Latine loqui paene solus videatur, sic autem gravis, ut in singulari dignitate omnis tamen adsit humanitas ac lepos. Quid multa? istum audiens equidem sic iudicare soleo, quicquid aut addideris aut mutaris aut detraxeris, vitiosius et deterius futurum. Quid, **30** noster hic Caesar nonne novam quandam rationem attulit orationis et dicendi genus induxit prope singulare? Quis umquam res praeter hunc tragicas paene comice, tristis remisse,

15. *tragicas paene comice*, incl. KS, Bakium secuti.

fuit; tanta vis in eo, tam densa omnia, ita quibusdam nervis intenta sunt, tam nihil otiosum, is dicendi modus, ut nec quod desit in eo nec quod redundet invenias.' There is a treatise by Dionysius of Halicarnassus still extant de Vi Demosthenis (*περὶ δεινότητος Δημοσθένους*). Cp. Jebb, Attic Orators, ii. 383.

2. **quis . . . similis.** Cp. Brut. 82. 285 'Quid est tam dissimile quam Demosthenes et Lysias? quam eisdem et Hyperides? quam horum omnium Aeschines?'

3. **Africanus**: cp. i. 48. 210.

Galba: i. 10. 40.

4. **Carbo**: Introd. p. 8; i. 10. 40.

5. **suo in genere**, 'only in his own line.'

6. **Sed quid ego**, a very common form of the *transitio*: cp. Tusc. Disp. i. 42. 101 (Kühner).

vetera = 'antiqua,' as in i. 1. 1. Landgraf on Rosc. Am. 17 tries to show that Cicero in his first period distinguished carefully between *vetus* in a bad sense, and *antiquus* in a good one. But he admits that afterwards he did not observe the difference. Cp. Schmidt, Synon. p. 479.

7. **vivis.** Harnecker (without comment) prints *viris*, which might be taken with *exemplis* as a kind of hendiadys. Read suggests *vivorum*, afterwards wrongly assimilated. But if there is any difficulty, it is not greater than in such a phrase as 'si valeo vivoque.'

auribus accidit seems an unparalleled construction in Cicero. Cp. Dräger, i². 404 (§ 186, 1): pro Sest. 107 'nihil tam populare ad p. R. auris accidisse:' in Vat. 4 'quod non iucundum et honorificum ad auris tuas accidat.' In the same way *incidere* seems always followed by *in*. Perhaps the dative depends mainly on *iucundius*.

8. **Catuli**: cp. ii. 28.

10. **omnis**, 'every kind of:' cp. Hor. Ep. i. 5. 2 (note).

12. **vitiosius . . futurum** seems attracted to the gender of **quicquid**, as if Cicero had said 'will make his style more faulty and inferior.' It would be easy to read *istud*, but **istum audiens** is so suitable a phrase in itself, that it is better to leave the irregularity.

13. **noster hic Caesar**, 'our friend Caesar now with us:' cp. Brut. 48. 177 'festivitate igitur et facetiis, C. Julius L. F. et superioribus et aequalibus suis omnibus praestitit, oratorque fuit minime ille quidem vehemens, sed nemo unquam urbanitate, nemo lepore, nemo suavitate conditior. Sunt eius aliquot orationes, ex quibus, sicut ex eiusdem tragoediis, lenitas eius sine nervis perspici potest.' He was distinguished as a writer of tragedy—cp. Ascon. on Cic. pro Scauro, p. 24 'idem inter primos temporis sui oratores et tragicus poeta bonus admodum habitus est: huius sunt enim tragoediae, quae inscribuntur Iuli:'—but of course there is no reference to this here, as might seem to be suggested by the quotation of the words in Sellar's Roman Poets, p. 130. Cp. ii. 98. **quandam** emphasises **novam**.

15. **paene comice**, 'in a manner almost suited to comedy.' **remisse**, 'lightly.'

severas hilare, forensis scaenica prope venustate tractavit atque ita, ut neque iocus magnitudine rerum excluderetur nec gravitas
31 facetiis minueretur? Ecce praesentes duo prope aequales Sulpicius et Cotta. Quid tam inter se dissimile? quid tam in suo genere praestans? Limatus alter et subtilis, rem explicans propriis aptisque verbis; haeret in causa semper et quid iudici probandum sit cum acutissime vidit, omissis ceteris argumentis in eo mentem orationemque defigit; Sulpicius autem fortissimo quodam animi impetu, plenissima et maxima voce, summa contentione corporis et dignitate motus, verborum quoque ea gravitate et copia est, ut unus ad dicendum instructissimus a natura
9 esse videatur. Ad nosmet ipsos iam revertor, quoniam sic
32 fuimus semper comparati, ut hominum sermonibus quasi in aliquod contentionis iudicium vocaremur: quid tam dissimile quam ego in dicendo et Antonius? cum ille is sit orator, ut nihil eo possit esse praestantius, ego autem, quamquam memet mei paenitet, cum hoc maxime tamen in comparatione coniungar. Videtisne, genus hoc quod sit Antoni? Forte, vehemens, commotum in agendo, praemunitum et ex omni parte causae saeptum, acre, acutum, enucleatum, in sua quaque re commorans,

20. *sua* AH : *una* ωFr.

3. **Ecce**, ii. 94.

4. **dissimile**: Brut. 204 'nihil enim tam dissimile quam Cotta Sulpicio, et uterque aequalibus suis plurimum praestitit.' There is a natural laxity of expression in **inter se** with the singular : 'where could you find such mutual unlikeness?'

6. **haeret in causa**, 'he keeps to his case.'

8. **Sulpicius**, Introd. p. 19.

11. **a natura**: it may be doubted whether this means 'in respect of natural gifts' (cp. Brut. 43. 161 'a philosophia, a iure civili, ab historia fuisset instructior'), or 'by nature,' with an extension of the construction natural with the participle in the positive degree. In view of the adjectival character of *instructus* (cp. Neue, ii. 119) the former is perhaps the more probable.

13. **comparati** 'in such a position,' not 'matched,' as Sorof. Cp. L. & S. *comparo* (2) I. B.

14. **in contentionis iudicium**, 'to appear for comparison before a court of critics.'

16. **mei paenitet**, 'I am dissatisfied with myself:' the stereotyped translation of 'paenitet' as 'it repents' often makes nonsense: cp. Plaut. Trin. 320 'is probust quem paenitet quam probus sit et frugi bonae:' Ter. Haut. 72 'quantum hic operis fiat paenitet:' Ov. Pont. ii. 3. 14 'gratis paenitet esse probum,' and the exx. in L. & S. s. v. *C.*

18. **videtisne**, ii. 64 (note).

19. **in agendo**, 'in delivery:' cp. ii. 195.

20. **enucleatum**, 'clear, precise.' L. & S. can hardly be right in interpreting 'without ornament,' which is inconsistent with the antithesis in Orat. 9. 28 'putant enim qui horride inculteque dicat, modo id eleganter enucleateque faciat, eum solum Attice dicere,' where see Sandys' note. In Brut. 115 the word is also used as a term of praise, and 'clearly' well suits the sense 'dixit Q. Mucius enucleate ille quidem et polite ut solebat, nequaquam autem ea vi atque copia,' etc. 'Enucleare' is used in Tusc. D. v. 1. 23, Part. Or. 17. 57, etc. for 'to make clear.'

in sua quaque re, favourable to 'on every point his own case:' the reading of the MSS. was rightly rejected by Adler, as directly in contradiction to what Antonius says of himself in ii. 292.

commorans, ii. 292.

honeste cedens, acriter insequens, terrens, supplicans, summa 33
orationis varietate, nulla nostrarum aurium satietate. Nos
autem, quicumque in dicendo sumus, quoniam esse aliquo in
numero vobis videmur, certe tamen ab huius multum genere
distamus; quod quale sit, non est meum dicere, propterea quod
minime sibi quisque notus est et difficillime de se quisque sentit;
sed tamen dissimilitudo intellegi potest et ex motus mei media-
critate et ex eo, quod, quibus vestigiis primum institi, in eis fere
soleo perorare et quod aliquanto me maior in verbis [quam in
sententiis] eligendis labor et cura torquet verentem, ne, si paulo
obsoletior fuerit oratio, non digna exspectatione et silentio fuisse 34
videatur. Quodsi in nobis, qui adsumus, tantae dissimilitudines
sunt, tam certae res cuiusque propriae et in ea varietate fere

12. *sunt* addidit Bakius: non secuti sunt P Fr.

1. **honeste cedens**, ii. 294.

3. **sumus**: Roby, § 1697. For the rare instances of the subjunctive in similar cases see note on § 192.

aliquo in numero, 'of some account,' Orat. 61. 208 (Sandys), Brut. 117. In ad Fam. i. 10 we have 'ibi esse ubi aliquo numero sis.' Ellendt in his long note brings in usages of *numero* quite unlike this.

4. **multum** gains emphasis from its position.

5. **quod**, i.e. the difference.

7. **motus mei mediocritate**: cp. Brut. 43. 158 'non multa iactatio corporis, non inclinatio vocis, nulla inambulatio, non crebra supplosio pedis.' This is not inconsistent with the description given by Antonius in ii. 188.

8. **vestigiis** (dative), literally 'on the spot on which I have first taken my stand.' In this point Crassus would have been approved by Cicero; cp. Orat. 18. 59 'rarus incessus nec ita longus: excursio moderata eaque rara:' and by Quintilian (xi. 3. 126) 'discursare vero ... ineptissimum: urbaneque Flavus Verginius interrogavit de quodam ... quot milia passuum declamasset.'

[**quibus vestigiis**: it may be doubtful whether Cicero used any construction with *insistere* but *in* c. abl. (For § 176 see note ad loc.) I should now write 'in illustribus rebus insistis' in Acad. ii. 94 (as in § 107): in Verr. ii. 3. 172 'si singulis insistere velim' should be corrected to 'si *in* singulis' (cp. Orat. 207): in Cael. 41 the presence of *ingredi* makes the correction to '*in* quibus' almost certain. In the isolated passage of Caesar, B. G. ii. 27. 3 'proximi iacentibus insisterent,' *in* should similarly be inserted. J.S.R.] There seems to be no passage in Cicero which does not admit of correction by the insertion of *in* (if we retain *gratiae* in Mur. 65 we must of course read *resistito*): but as the dative is well established in poetry, it is perhaps too bold to deny it altogether to Cicero, especially as the word is not common enough to make a strong induction. In Tusc. D. i. 43 'innatis ignibus' is clearly an abl. abs.: but cp. Liv. xxxvii. 60. 2 'cui rei .. insisteret,' and xxiv. 4. 5; xxv. 33. 9 'vestigiis insistere.' Tacitus Hist. ii. 46 'insistere spei' might be regarded as a poetical construction.

9. **maior in verbis eligendis labor**: cp. Brut. 59. 215 'Crassi magis enitebat oratio:' ii. 121. Hence Crassus is selected by Cicero to discourse in this book about style. After *verbis* the MSS. give '*quam in sententiis*,' a manifest gloss, based upon a misunderstanding. The comparison is not between words and thoughts, but between Crassus and Antonius.

11. **obsoletior**, not 'obsolete,' but 'hackneyed,' 'trite.' So too in § 150, where L. & S. wrongly translate 'obsolete.' The metaphor is derived from worn and old garments, or it may be from tarnished metal, whence the common contrast with *splendor* (pro Sest. 60 'splendet per sese semper neque alienis unquam sordibus obsolescit' with Holden's note).

13. **sunt** added by Bake: it is equally awkward to supply it, or to understand 'distinguuntur' from 'distinguitur' as Adler suggests.

tam certae res cuiusque propriae, 'such definite characteristics of each.'

melius a deteriore facultate magis quam genere distinguitur atque omne laudatur, quod in suo genere perfectum est, quid censetis, si omnis, qui ubique sunt aut fuerunt oratores, amplecti voluerimus, nonne fore, ut, quot oratores, totidem paene reperiantur genera dicendi? Ex qua mea disputatione forsitan occurrat illud, si paene innumerabiles sint quasi formae figuraeque dicendi, specie dispares, genere laudabiles, non posse ea, quae inter se discrepant, eisdem praeceptis atque una institutione formari. Quod non est ita, diligentissimeque hoc est eis, qui instituunt aliquos atque erudiunt, videndum, quo sua quemque natura maxime ferre videatur. Etenim videmus ex eodem quasi ludo [summorum in suo cuiusque genere artificum et magistrorum] exisse discipulos dissimilis inter se ac tamen laudandos, cum ad cuiusque naturam institutio doctoris adcommodaretur. Cuius est vel maxime insigne illud exemplum, ut ceteras artis omittamus, quod dicebat Isocrates doctor singularis se calcaribus in Ephoro, contra autem in Theopompo frenis uti solere: alterum enim exsultantem verborum audacia reprimebat alterum cunctantem et quasi verecundantem incitabat. Neque

1. **facultate quam genere**, 'by capacity rather than by style:' the criterion of excellence is to be found in an orator's success in his own line, not in the school to which he belongs.

2. **quid censetis..nonne fore**, 'do you not suppose that the result will be?' For the construction, cp. i. 79 (note), ii. 193 (note). It is a mistake to print a mark of interrogation after *voluerimus* with Ell. and Pid.

6. **occurrat illud**, 'the objection may suggest itself.'

formae figuraeque, 'ideal types,' ii. 98 (note): Sandys on Orat. 1. 2. *forma* and *species* are practically equivalent.

7. **genere**, 'each in its own way.'

8. **discrepant**: so the MSS.: Bake would substitute the subjunctive; but the indicative is justified even in or. obl. when the relative clause is only a periphrasis for a single idea. Cp. Madvig, § 369, obs. 1; Roby, § 1775.

10. **videndum**, etc. 'to observe the natural proclivities of his various pupils.'

12. **ludus**, the term proper for a training-school of children or of gladiators, had hardly become sufficiently usual of orators to be used always without a kind of apology, though Cicero does so use it in ii. 94 of the 'school' of Isocrates.

artificum, 'professors' of the *ars dicendi*: cp. i. 6. 23. 'Graeci dicendi artifices et doctores,' i. 32. 145. But Dr. Reid rightly regards **summorum . . magistrorum** as bearing every mark of a gloss, inconsistent with the context. If the *artifices et magistri* are taken as the teachers in the *ludus*, the plural is inexplicable; if as the pupils, we should have expected rather *oratorum*.

15. **cuius**, 'of this fact:' cp. Sandys on Orat. 18. 58.

16. **quod dicebat Isocrates**: Brut. 56, 204 'quare hoc doctoris intellegentis est videre, quo ferat natura sua quemque, et ea duce utentem sic instituere ut Isocratem in acerrimo ingenio Theopompi et lenissimo Ephori dixisse traditum est, alteri se calcaria adhibere, alteri frenos.' Cp. ad Att. vi. 1. 9; ii. 13. 57. Quintilian repeats the saying (ii. 8. 11; x. 1. 74).

18. **exsultantem**: Acad. ii. 112 'campus in quo exsultare possit oratio:' Orat. 8. 26 'in reliquis exsultavit audacius.' The metaphor is taken from a fiery horse.

19. **verecundantem**: Nonius, p. 480, quotes one instance of *verecundari* from a fragment of Cicero: cp. ii. 249; Plaut. Trin. 447 'verecundari neminem apud mensam decet.'

eos similis effecit inter se, sed tantum alteri adfinxit, de altero limavit, ut id conformaret in utroque, quod utriusque natura pateretur. Haec eo mihi praedicenda fuerunt, ut, si non omnia, **10** quae proponerentur a me, ad omnium vestrum studium et ad 37 genus id, quod quisque vestrum in dicendo probaret, adhaerescerent, id a me genus exprimi sentiretis, quod maxime mihi ipsi probaretur.

Ergo haec et agenda sunt ab oratore, quae explicavit Antonius, et dicenda quodam modo. Quinam igitur dicendi est modus melior, nam de actione post videro, quam ut Latine, ut plane, ut ornate, ut ad id, quodcumque agetur, apte congruenterque dicamus? Atque eorum quidem, quae duo prima dixi, 38 rationem non arbitror exspectari a me puri dilucidique sermonis, neque enim conamur docere eum dicere, qui loqui nesciat; nec sperare, qui Latine non possit, hunc ornate esse dicturum; neque vero, qui non dicat quod intellegamus, hunc posse quod admiremur dicere. Linquamus igitur haec, quae cognitionem habent facilem, usum necessarium. Nam alterum traditur litteris doctrinaque puerili, alterum adhibetur ob eam causam, ut intellegatur quid quisque dicat, quod videmus ita esse necessarium, ut tamen eo minus nihil esse possit. Sed omnis loquendi elegantia, 39

4. *proponentur* KS Bakium secuti: *proponerentur* ω P Fr.

1. **tantum,** 'only so much,' as in § 24.

5. **adhaerescerent,** 'apply to,' 'suit:' a curious, and apparently unexampled use of the word.

§§ 37–52. *Crassus lays down as the first requisite for* elocutio *pure* (Latine) *and clear language.*

8. **et agenda,** etc. An orator has to deliver the matter which he has prepared, and he has to express it in suitable language. That part of his task is mentioned last, which has to be dealt with first, in order to put it in closer connexion with the discussion. So in i. 172 'primum inertiae . . . post etiam impudentiae' introduces some remarks first on 'impudentia,' then on 'inertia.'

9. **quodam modo:** we might have expected *certo modo*: but cp. Brut. 40. 149 'ut dicatur a me quodam modo.' Cp. § 171.

10. **videro,** ii. 33 (note).

Latine, i. 144 (note).

13. **puri dilucidique sermonis,** an explanatory apposition to **eorum.**

14. **dicere ... loqui,** 'speak ... talk,' cp. Orat. 32.113 'quamquam aliud videtur esse oratio, aliud disputatio, nec idem loqui esse quod dicere . . . disputandi ratio et loquendi dialecticorum sit, oratorum autem dicendi et ornandi.' Eupolis, in Plut. Alc. 13, says of Alcibiades λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν.

15. **sperare:** from **conamur** we must understand some such word as *audemus*: cp. i. 246, ii. 45. The construction is loose, but hardly requires correction.

17. **quae cognitionem,** etc., 'which can be learnt easily, and are indispensable:' *habere* with an abstract substantive can be used to take the place of a lacking passive, as here with *uti*. *Habere* = 'admit of.'

18. **litteris,** not, as Sorof, a hendiadys with *doctrina*, but as we see from § 48 = 'books,' though these would of course be used in elementary teaching.

20. **ita,** restrictive, i. 221, ii. 16, and often.

21. **elegantia,** 'correct choice,' not so strong as our 'elegance.' Cp. Sandys on Orat. 9. 28; ad Her. iv. 17 'elegantia est

quamquam expolitur scientia litterarum, tamen augetur legendis oratoribus et poëtis ; sunt enim illi veteres, qui ornare nondum poterant ea, quae dicebant, omnes prope praeclare locuti ; quorum sermone adsuefacti qui erunt, ne cupientes quidem poterunt loqui nisi Latine. Neque tamen erit utendum verbis eis, quibus iam consuetudo nostra non utitur, nisi quando ornandi causa parce, quod ostendam ; sed usitatis ita poterit uti, lectissimis ut utatur, is, qui in veteribus erit scriptis studiose et multum
11 volutatus. Atque, ut Latine loquamur, non solum videndum
40 est, ut et verba efferamus ea, quae nemo iure reprehendat, et ea sic et casibus et temporibus et genere et numero conservemus, ut ne quid perturbatum ac discrepans aut praeposterum sit, sed etiam lingua et spiritus et vocis sonus est ipse moderandus.
41 Nolo exprimi litteras putidius, nolo obscurari neglegentius ; nolo

quae facit ut unum quidque pure et aperte dici videatur.' Although Crassus does not think it needful to discourse systematically on the *Latine dicere*, he makes a few remarks upon the subject.

1. **expolitur**, 'is produced' or 'formed:' the word is chosen, as Sorof notes, to harmonise with *elegantia* : it implies original production here, not additional polish.

scientia litterarum : correctness is increased by the study of the orators and poets. What then are the *litterae* to which it owes its polished form? Piderit says theoretical writings upon grammar, such as those which he thinks are meant in § 38 ; but this interpretation puts some strain upon the word. Sorof more correctly takes it of the general knowledge of literature, implied in an ordinary education.

2. **illi veteres** : Brut. 74. 258 'mitto C. Laelium, P. Scipionem : aetatis illius ista fuit laus tanquam innocentiae, sic Latine loquendi—nec omnium tamen, nam illorum aequalis Caecilium et Pacuvium male locutos videmus.—Sed omnes tum fere, qui nec extra urbem hanc vixerant nec eos aliqua barbaries domestica infuscaverat, recte loquebantur.'

ornare nondum poterant : *ornatus orationis* is ascribed first to Crassus himself in ii. 28. 121.

4. **sermone** : cp. § 58 'labore adsiduo et cotidiano adsueti:' Brut. 59. 213 'suspicor ... Curionis ... patrio fuisse instituto puro sermone adsuefactam domum.' The abl. is usual in Cicero and Caesar, the dative appears first in Livy and is usual in Tacitus.

7. **ostendam**, § 153. Adler would read 'quod *post* ostendam.'

sed usitatis, etc., 'but while using words in current usage, he will be able to employ the choicest.'

9. **volutatus**, a strong expression : we might say 'steeped himself in.' In ad Quint. Fr. ii. 11. 4 the word is used with the names of the authors, 'ad Callisthenem et ad Philistum redeo, in quibus te video volutatum.'

10. **efferamus**, 'utter,' Orat. 223 'quae incisim aut membratim efferuntur.'

11. **casibus**, 'in respect of cases,' etc., i.e. preserve the correct construction of cases, tenses, gender, and number.

12. **perturbatum**, 'confused' by a neglect of the proper use of tenses.

discrepans, 'want of agreement,' no violation of grammatical concord.

praeposterum, 'incorrect order.' There must be (1) a good vocabulary, (2) correct syntax, (3) proper pronunciation.

14. **putidius**, 'affectedly,' of offensive precision : so § 51 ; Orat. 8. 27 'cum etiam Demosthenes exagitetur ut putidus:' Brut. 82. 284 'si quis eos, qui nec inepte dicunt nec odiose nec putide, Attice putat dicere,' etc. In de Off. i. 37. 133 Cicero says of the Catuli, 'hi optime uti lingua Latina putabantur : sonus erat dulcis, litterae neque expressae neque oppressae, ne aut obscurum esset aut putidum,' where notice that *expressae* must correspond to *putidum*, as here : hence Dr. Holden's rendering 'neither mouthed nor minced' is hardly exact : perhaps 'minced nor muttered' would be better. *expressa* may be a term of praise, as in Quint.

verba exiliter exanimata exire, nolo inflata et quasi anhelata gravius. Nam de voce nondum ea dico, quae sunt actionis, sed hoc, quod mihi cum sermone quasi coniunctum videtur: sunt enim certa vitia, quae nemo est quin effugere cupiat; mollis vox aut muliebris aut quasi extra modum absona atque absurda. Est 42 autem vitium, quod non nulli de industria consectantur: rustica vox et agrestis quosdam delectat, quo magis antiquitatem, si ita sonet, eorum sermo retinere videatur; ut tuus, Catule, sodalis, L. Cotta, gaudere mihi videtur gravitate linguae sonoque vocis agresti et illud, quod loquitur, priscum visum iri putat, si plane fuerit rusticanum. Me autem tuus sonus et subtilitas ista delectat, omitto verborum, quamquam est caput; verum id adfert ratio, docent litterae, confirmat consuetudo et legendi et loquendi; sed hanc dico suavitatem, quae exit ex ore; quae quidem ut apud Graecos Atticorum, sic in Latino sermone huius est urbis maxime propria: Athenis iam diu doctrina ipsorum Athenien- 43 sium interiit, domicilium tantum in illa urbe remanet studiorum, quibus vacant cives, peregrini fruuntur capti quodam modo

1. *exanimata* ω: *animata* Ern. K.

i. 11. 4 'imprimis vitia si qua sunt oris emendet, ut expressa sint verba, ut suis quaeque litterae sonis enuntientur:' but if the preciseness is exaggerated, it becomes a fault.

1. **exiliter exanimata exire**: the sound is doubtless intended to answer to the sense, 'to be dropped faintly with feeble breath.'

3. **sermone**, language in itself, as a means of communication, without any reference to oratory.

5. **aut muliebris**: the vulgate *ut m.* has very little authority, and *aut* was rightly restored by Ell.

extra modum, 'unmusically,' not 'abnormally' or 'extravagantly:' **quasi** apologises for the use of a term not strictly applicable to the voice in ordinary speech.

absurda, ii. 85 (note).

9. **L. Aurelius Cotta**, tribune in B.C. 103 (ii. 197, note), afterwards 'praetorius:' cp. Brut. 36, 137 'dicendi non ita multum laude processerat, sed de industria cum verbis tum etiam ipso sono quasi subrustico persequebatur atque imitabatur antiquitatem.' His relationship to the Cotta of this dialogue is not known.

11. **sonus**, 'tone.' **subtilitas**, ii. 28.

13. **ratio**, 'act.'

15. **huius urbis**: Brut. 46, 171 'qui est iste tandem urbanitatis color? Nescio, inquam; tantum esse quendam scio. Id tu, Brute, iam intelleges, cum in Galliam veneris: audies tu quidem etiam verba quaedam non trita Romae, sed haec mutari dediscique possunt; illud est maius, quod in vocibus nostrorum oratorum retinuit quiddam et resonat urbanius . . . Omnino sic, ut opinor, in nostris est quidam urbanorum, sicut illic Atticorum sonus.'

16. **doctrina**, 'learning.'

tantum, 'only,' is not common in Cicero: cp. Reid on Acad. ii. 74 for a solitary instance of its use with numerals; but see i. 46. 65.

18. **quibus**, of course ablative: the dative would have exactly reversed the meaning. For Athens as a place of resort for students, cp. Friedländer, Sitteng. ii. 85; Mahaffy's Greek Life and Thought, p. 375 ff.; and especially Capes' University Life in Athens. At a later date the number of resident strangers was so great as to affect the purity of the language (Philost. Vitt. Soph. ii. 1, p. 238 quoted by Friedländer, l.c.).

nomine urbis et auctoritate; tamen eruditissimos homines Asiaticos quivis Atheniensis indoctus non verbis, sed sono vocis nec tam bene quam suaviter loquendo facile superabit. Nostri minus student litteris quam Latini; tamen ex istis, quos nostis, urbanis, in quibus minimum est litterarum, nemo est quin litteratissimum togatorum omnium, Q. Valerium Soranum, lenitate
12 vocis atque ipso oris pressu et sono facile vincat. Qua re cum
44 sit quaedam certa vox Romani generis urbisque propria, in qua nihil offendi, nihil displicere, nihil animadverti possit, nihil sonare aut olere peregrinum, hanc sequamur neque solum rusticam asperitatem, sed etiam peregrinam insolentiam fugere discamus.
45 Equidem cum audio socrum meam Laeliam — facilius enim mulieres incorruptam antiquitatem conservant, quod multorum sermonis expertes ea tenent semper, quae prima didicerunt—sed eam sic audio, ut Plautum mihi aut Naevium videar audire,

2. **quivis Atheniensis**: cp. the striking story in Brut. 46. 172 'ut ego iam non mirer illud Theophrasto' (born at Lesbos) 'accidisse, quod dicitur, cum percontaretur ex anicula quadam quanti aliquid venderet, et respondisset illa atque addidisset: "hospes, non pote minoris," tulisse eum moleste se non effugere hospitis speciem, cum aetatem ageret Athenis optimeque loqueretur.'

verbis: an English 'provincial' may be quite free from provincialisms in his vocabulary, yet may be detected at once by his accent.

4. **Latini**: it has often been noticed that almost all the great Roman writers were not natives of the city of Rome.

6. **togatorum**, 'all Roman citizens' says Sorof, but the context clearly shows that all Latin-speaking people are included, as Madvig has noticed (Verf. i. 58): and at this time, before the Social War, by no means all the Latins had the franchise. Under the Empire, none but citizens were allowed to wear the toga (cp. Plin. Ep. iv. 11 'carent enim togae iure, quibus aqua et igni interdictum est,' and the comical story in Suet. Claud. 15), but this is hardly evidence for the time before the extension of the franchise to the Italians. Cp. Voigt in Rhein. Mus. xxxiii. 486 f.

Q. Valerius of Sora, near Arpinum, is mentioned along with his brother Decimus in Brut. 46. 169 as 'vicini et familiares mei, non tam in dicendo admirabiles quam docti et Graecis litteris et Latinis.'

7. **pressu**, 'distinct articulation,' expressing the full sound of each letter (cp. § 45), not, I think, as Piderit, of the position of the lips, tongue, etc., though Nonius (p. 162 M), quoting this passage, has 'pressu quasi compressione.'

8. **vox**, 'accent,' style of pronunciation.

9. **offendi**, etc., 'wherein there can be nothing to stumble over, nothing unpleasant, no scope for criticism, no note or flavour of provincialism.' It is hardly needful to suppose that the grammatical construction is unconsciously changed, and that *nihil* is an accusative of limitation after the verb, as in i. 129 'in quo aliquid offenderis;' cp. pro Mil. 36. 99 'si in me aliquid offendistis:' in that case the passive would be impersonal, as in § 100 'eo citius offenditur.' But it may be personal: 'scopulum offendis' in Sex. Rosc. 79 would justify 'scopulus offenditur.' Certainly **nihil** is nom. in the second and third place.

11. **insolentiam**, 'strangeness,' not as L. & S. 'affectedness.' Here of pronunciation, as in Brut. 82. 284 of the choice of words, as in § 50.

12. **socrum**, Introd. p. 22.

14. **sed**, resumptive, after the parenthesis, as in ii. 192, de Off. i. 105, etc. Laelia must have been born at least a quarter of a century after the death of Plautus, and about half a century after the death of Naevius.

sono ipso vocis ita recto et simplici est, ut nihil ostentationis aut imitationis adferre videatur; ex quo sic locutum esse eius patrem iudico, sic maiores; non aspere ut ille, quem dixi, non vaste, non rustice, non hiulce, sed presse et aequabiliter et leniter. Qua 46 re Cotta noster, cuius tu illa lata, Sulpici, non numquam imitaris, ut Iota litteram tollas et E plenissimum dicas, non mihi oratores antiquos, sed messores videtur imitari.' Hic cum adrisisset ipse Sulpicius, 'sic agam vobiscum' inquit Crassus 'ut quoniam me loqui voluistis, aliquid de vestris vitiis audiatis.' 'Utinam quidem!' inquit ille 'id enim ipsum volumus, idque si feceris, multa, ut arbitror, hic hodie vitia ponemus.' 'At enim 47 non sine meo periculo' Crassus inquit 'possum, Sulpici, te reprehendere, quoniam Antonius mihi te simillimum dixit sibi videri.'

1. **recto et simplici**, 'simple and unaffected.'

3. **vaste**, 'broadly, coarsely,' opposed to **presse**.

4. **hiulce**, opposed to **aequabiliter**, not 'open,' but with many gaps (hiatus), i.e. 'brokenly.' Fr.'s *leviter* is needless.

5. **illa lata**, the *verborum latitudo* of ii. 91: **noster** as the *sodalis* of Catulus. Cp. Varro, de R. R. i. 48. 2 'spica autem, quam rustici, ut acceperunt antiquitus, vocant specam, a spe videtur nominata;' ib. i. 2. 14 'a quo rustici etiam nunc quoque viam veham appellant propter vecturas et vellam non villam, quo vehunt et unde vehunt.' Cp. Quint. i. 4. 17 'quid? non e quoque i loco fuit? ut Menerva, et leber et magester, et Diove Victore, non Diovi Victori.' Diez (Grammaire des langues romaines, i. 147) points out that the *e* which regularly replaces *ĭ* in the Romance languages (e.g. It. *bevere* = *bibere*) is historically descended from the *e* of the popular language: cp. *maestro* and *magester*: though the rule does not hold good without exceptions. Cp. Ritschl, Opusc. ii. 623, Corssen, ii. 341, Schuchardt, ii. 60ff; Roby, §§ 234, 928 *a*. Is there any other instance in which Cicero uses the *Greek* name of a letter? It looks like a copyist's alteration of I. Quintilian always writes 'i.'

11. **ponemus**, 'lay aside.' Tusc. D. iii. 66 'an est ullum tempus cui non ponendae curae et aegritudinis causa serviamus?' This use of the word is especially common of clothes, arms, etc. Seyffert discusses it well on Lael. 10. 33. Cf. Hor. Carm. iii. 2. 19, Ep. i. 16. 35, Art. Poet. 160.

At enim, 'ay, but,' § 188, not in its common force of quoting an objection, as e.g. in Acad. ii. 17. 52 (Roby, § 1623). The two distinct usages are confused in L. & S. Cp. pro Mur. 74 'at enim agit mecum austere et stoice Cato.'

12. **Crassus inquit**: cp. note on i. 149. [There is little doubt that 'Crassus' here is an intrusion. J. S. R.]

13. **mihi simillimum**. Cicero's usage as to the construction of *similis* is fully discussed by Madvig on de Fin. v. 5. 12, where the MSS. give *patri similis*. The distinction laid down by the old grammarians between the genitive of internal and the dative of external resemblance does not suit half the instances. Of living beings Cicero and the older writers almost always use the genitive, as if *similis* were a substantive. The instances of the dative in such a case are very rare: some can be easily corrected by the addition of *s* —Lambinus was almost certainly right in reading *patris similis* l. c. — others present more difficulty; e.g. here *mei* is not so slight a correction, nor *huius* for *huic* in Acad. ii. 118 (cp. Reid's note), or in de Off. ii. 8, nor *horum* for *his* in de Fin. iv. 65, nor *illius* (with Wesenberg, Em. i. p. 27) for *illi* in Tusc. D. v. 56. Hence Seyffert rightly holds that the distinction is rather that *patri similis* means 'bearing some resemblance to his father,' *patris similis*, 'an image of his father;' so that it would be almost by accident that the latter is so much more common. With things Cicero and the earlier writers use the genitive and the dative indiscriminately; later writers use the dative far more commonly: cp. however 'del-

Tum ille 'tu vero, quod monuit idem, ut ea, quae in quoque maxima essent, imitaremur ; ex quo vereor ne nihil sim tui nisi supplosionem pedis imitatus et pauca quaedam verba et aliquem, si forte, motum.' 'Ergo ista,' inquit Crassus 'quae habes a me, non reprehendo, ne me ipsum inrideam—sunt autem ea multo et plura et maiora, quam dicis—quae autem sunt tua plane aut imitatione ex aliquo expressa, de his te, si qui me forte locus
13 admonuerit, commonebo. Praetereamus igitur praecepta Latine
48 loquendi quae puerilis doctrina tradit et subtilior cognitio ac ratio litterarum alit aut consuetudo sermonis cotidiani ac domestici, libri confirmant et lectio veterum oratorum et poëtarum ; neque vero in illo altero diutius commoremur, ut disputemus, quibus rebus adsequi possimus, ut ea, quae dicamus, intelle-
49 gantur: Latine scilicet dicendo, verbis usitatis ac proprie demonstrantibus ea, quae significari ac declarari volemus, sine ambiguo verbo aut sermone, non nimis longa continuatione verborum, non valde productis eis, quae similitudinis causa ex aliis rebus transferuntur, non discerptis sententiis, non praeposteris temporibus, non confusis personis, non perturbato ordine. Quid multa? Tam facilis est tota res, ut mihi permirum saepe videatur, cum difficilius intellegatur, quid patronus velit dicere,

1. *tum ille, tu vero, quod monuit* Schuetzio duce H Fr. *tum ille tum quod monuit* ω. *tum ille, 'quid quod monuit* Bakium secutus S : *'tu vero,' inquit ille, 'quoniam monuit.* Lambin. 5. *sunt autem ea* KS Fr : *sunt autem mea* ω. 10. *aut* parum recte inclusit K. 11. *libri confirmant et lectio* ω. *confirmat lectio* Ern. K.

phinum similis' in Verg. Aen. v. 594: and see Munro on Lucr. iv. 1211. Hor. Sat. ii. 1. 3 is said to be the only instance of the genitive in Augustan poets.

dixit, ii. 89.

1. **tu vero**, 'yes, you can :' de Off. iii. 54 'quaero num id iniuste aut improbe fecerit. Ille vero.' *Vero* has commonly a confirmatory force; here it is rather corrective.

3. **supplosionem**, § 220, i. 230, Brut. 158 (quoted on § 33).

4. **si forte**, 'possibly,' εἰ τύχοι (Munro on Lucr. v. 720), not, I think, as Pid. and Sor. 'if I am fortunate.' Cp. pro Mil. 104 'hicine vir patriae natus usquam in patria morietur, aut, si forte, pro patria?' : de Off. ii. 70, etc.

5. **ea**, i.e. what you have derived from me. The MS. reading *mea* would hardly express this.

7. **expressa**, 'copied,' § 15.

9. **cognitio ac ratio**, 'systematic study.'

10. **aut**, 'or else,' as in the case of women, who have no opportunity for study.

14. **proprie**, 'without any metaphor :' cp. § 149. Aristot. Rhet. iii. 2. 1 τῶν δὲ ὀνομάτων καὶ ῥημάτων σαφῆ μὲν ποιεῖ τὰ κύρια (the *dominantia verba* of Hor. A. P. 234, note).

16. **continuatione**, 'periodic structure.' Orat. 85 'continuationem verborum modo relaxet et dividat utaturque verbis quam usitatissimis, tralationibus quam mollissimis.'

17. **quae . . transferuntur**, 'metaphors derived :' **productis**, 'spun out.' Cp. Orat. 94 'iam cum confluxerunt plures continuae tralationes, alia plane fit oratio; itaque genus hoc Graeci appellant ἀλληγορίαν, nomine recte, genere melius ille (Aristoteles), qui ista omnia tralationes vocat.' Metaphors must not be so extended as to pass into allegory.

quam si ipse ille, qui patronum adhibet, de re sua diceret. Isti 50
enim, qui ad nos causas deferunt, ita nos plerumque ipsi docent,
ut non desideres planius dici ; easdem res autem simulac Fufius
aut vester aequalis Pomponius agere coepit, non aeque quid
dicant, nisi admodum attendi, intellego ; ita confusa est oratio,
ita perturbata, nihil ut sit primum, nihil ut secundum, tantaque
insolentia ac turba verborum, ut oratio, quae lumen adhibere
rebus debet, ea obscuritatem et tenebras adferat atque ut quo-
dam modo ipsi sibi in dicendo obstrepere videantur. Verum, si 51
placet, quoniam haec satis spero vobis quidem certe maioribus
molesta et putida videri, ad reliqua aliquanto odiosiora per-
gamus.' 'Atqui vides' inquit Antonius 'quam alias res agamus, **14**
[quam te inviti audiamus,] qui adduci possimus—de me enim
conicio—relictis ut rebus omnibus te sectemur ; ita de horridis
rebus nitida, de ieiunis plena, de pervolgatis nova quaedam est
oratio tua.' 'Faciles enim,' inquit 'Antoni, partes eae fuerunt 52
duae, quas modo percucurri vel potius paene praeterii, Latine
loquendi planeque dicendi ; reliquae sunt magnae, implicatae,

13. *quam te inviti audiamus* recte ut glossema eiecit Bakius: post *sectemur* addunt codices *te audiamus*, quae idem spuria esse intellexit.

